entscheiden. Jedenfalls müssen wir dem Verfasser das Zeugnis geben, dass er dem Haupterforderniss eines philosophischen Werkes, der Klarheit seiner Ausführungen, im vollen Masse entsprochen hat.

Was ferner das Verhältniss zu den wahrhaft wissenschaftlichen Forschungen und Errungenschaften des nachscholastischen Philosophirens anbelangt, so hat der Verfasser den unserer Ansicht nach einzig richtigen Weg gewählt, indem er »nova et vetera« in geschickter Weise verknüpfte und zeigte, dass zwischen diesen und jenen in Wahrheit kein Widerspruch besteht. Es wäre nämlich ziemlich leicht zu beweisen, dass die hauptsächlichsten Irrthümer des modernen Philosophirens nicht so sehr in ihm selbst liegen als vielmehr in der von Grund aus falschen Systematisirung der verschiedenen Doctrinen als Ganzes betrachtet; und wohl keine von ihnen ist so verkehrt, dass sie in einigen Einzelnheiten nicht wahr wäre. Ein trauriges Zeugnis wäre es wahrhaftig, wenn der von christlichen Ideen, denen sich nunmehr kein Denker zu entziehen vermag, unwillkürlich erzogene Geist der Menschheit fünf Jahrhunderte hindurch nichts als Irrthum hervorgebracht hätte. Wenn von diesem Standpunkte aus über Scholastik geschrieben wird, so entfällt zwar beiderseits manche despectirliche Phrase; der Nutzen ist dabei aber unvergleichlich grösser. Und wohl nur diesen hat der Verfasser im Auge gehabt, wenn er auch in Bezug auf die Anordnung und Darstellung die gewöhnliche streng schulmässige Form vermied, um sie mit einer frei dahinfliessenden zu vertauschen. Darin wird er wohl einem Herzenswunsch vieler entgegengekommen sein, wenn auch der hie und da leidenschaftliche Ton nicht jedem von ihnen gefallen wird.

Nach alledem brauchen wir das Buch nicht mehr zu empfehlen; es verdient fleissig gelesen und studirt zu werden.

Die äussere Ausstattung ist dem Inhalte angemessen und bequem; in allen drei Sprachen gibt es aber ziemlich viele obwohl nicht störende Druckfehler; die transscr. cat. exochen (S. 227) will uns nicht gefallen. Ein Sachregister wäre sehr zu wünschen. Ein Verzeichnis der angezogenen Stellen würde die Brauchbarkeit des Buches erhöhen. P. J. V.

Histoire de S. Charles Borromée, d'après sa correspondance et des documents inédits, par M. l'abbé Sylvain.

3vol. in 8, 12 fr. — Société de S. Augustin, 26 rue Royale, Lille, et Bruges.

Magnus Sanctus Carolus Borromaeus ponendus est inter acutissimas mentes, inter viros consideratissimos seculi XVI, quippe qui omnem vim boni opposuit pravitatis procacitati. Auctoritas eius nullos novit limites; opera eius superstitia nullum norunt defectum; quibus

non obstantibus locum in vitarum historiis sibi iure debitum ad id tempus non obtinuit. Biographi et panegyristae ei non defuerunt, ast obliti sunt hominis, admirantes Sanctum, quippe qui nimis eum solverunt tot et tantis difficultaribus, per quas ad talem ascenditur sanctitatis excelsitatem.

Si archiepiscopus Mediolanensis notus est apud omnes propter suam caritatem erga homines pestilentia affectos; si eius dioecesanae synodi fundamento fuerunt Concilii Vaticani, si cuncta seminaria eum salutant velut suum conditorem; si clerus in patronum peculiarem elegit eum; si denique cardinalis Manning affirmare potuit, „quod fuerit S. Thomas pro theologia id Carolum in ecclesia esse pro disciplina“: puer Carolus econtra, literarum studiosus, secretarius publicus, minus innotuit. Qua de causa plerisque lectoribus, etiam eruditis, opus Rev. D. Sylvain erit optatissimum; quum nihil omiserit ut, quantum fieri potuit, completam faceret suam Histoire de S. Charles Borromée; ab incunabulis usque ad sepulcrum comitatus sanctum archiepiscopum, ubi dimoratus erat, percurrens vias quas iverat vir sanctus in pastoralibus suis itineribus, admirans eius opera tribus post seculis adhuc florentia, colligens memorias traditione servatas. Archivia Vaticana auctori fuerunt aperta et Mediolani interrogare potuit manuscripta innumera Bibliothecae Ambrosianae. Ast praeprimis Sancti epistolarum commercio imposuit tributa; in manibus enim habuit omnes eius epistolas, quarum numerum ad 25 vel 30 milia computat, quarum primae usque ad annum 1551 descendunt, quo Sanctus tredecim natus erat annos.

In tabulario S. Sedis rev. d. Sylvain documenta invenit summi momenti, quae secutus illustravit hucusque magna ex parte incognitas negociationes cardinalis Borromei habitas cum diversis principum aulis europaeis de Concilii Tridentini redintegratione.

Indices nunciaturae hispanicae perscrutatae nuntios accuratos de quaestione iurisdictionis ecclesiasticae praebent, quae per totum S. Caroli episcopatum dissidiorum causa fuit interminabilium inter ipsum et gubernatores Mediolanenses. Observemus aliud capitulum de Sancti cum Gallia relationibus. Conventus eius cum Henrico III., conatus et labores, quibus, ut ab aula acceptaretur atque promulgaretur concilium Tridentinum, intenderet, vivis pinguntur coloribus atque stringentibus miscentur lineamentis, quae utique curiosam offerunt delineationem status clericalis gallici eo tempore vigentis.

D. Sylvain scribit historiam talem, qualis desideratur nostris diebus; non audet uti coniecturis neque affirmat, quod non fulciat firmis argumentis; quinimmo dicere liceat omnia probata esse ab auctore in suo libro, quod plenum ius vindicat titulo suo. S. Carolus persona primaria: summariis epistolarum suarum revelat lectori indicia, quae eum incitant, ideas, quae eum dirigunt in agendo. Auctor evanescit, ut in directa et intima nos ponat communicatione cum heroe, propriam

historiam suam enarrante. Non possumus non adplaudere huic scribendi rationi, inprimis quando agitur de vita cuiusdam Sancti describenda.

Literarische Notizen.

I. **Ad Vaticani Archivi Romanorum Pontificum Regesta Manuductio** curante D. Gregorio Palmieri, Benedictino Casinensi, secundi eiusdem archivi custode. Romae, typis Monaldi et Soc. (Libr. Spitthöver). 1884. 175 p. kl. 8⁰. Frcs. 3. — Scriptum D. G. Palmieri aestimabile praestat additamentum ad ea, quae de Rom. Pontif. Regestis iam in publicum emiserunt Marini, Munch, Kaltenbrunner, Berger etc. et tribus partibus comprehenditur. Prima pars. (p. 1—97) singula magnae collectionis producit volumina iuxta archivi numeros longa cum serie Pontificum progredientia, atque in singulis voluminibus cuiusvis Pontificis indicat annos regiminis in volumine documentis exhibitos. In secunda parte (p. 98—167) singulos citat ordine alphabetico Pontifices unacum singulorum annis regiminis, atque ad singulos indicat annos, quaenam Regestorum volumina ad singulos veniant perscrutanda. Ast exactitudo desiderata desideratur adeo ut index uterque nonnisi generalem offerat conspectum atque incertum. Ad exacte igitur perquirendos singulos regiminis annos etiamnum omnia fere volumina Pontificis huc pertinentis veniunt consulenda. Tertia seu postrema scripti pars (p. 167—175) concordantiam continet numerorum antiquioris aetatis in nonnullis vaticanis voluminibus exhibitorum cum numeris iam applicatis recentioris temporis. Cum historiographi seculorum proxime revolutorum, praeprimis Raynald, iuxta numeros antiquioris aetatis citent. etiam haec pars grata erit lectori. Memoratu dignae denique sunt quaedam prooemii notae de magnis archivi inventariis. Nonnisi Catalogi J. B. Pistolesii fere 600 000 schedulis formati mentionem hic facimus nec non indicum Sectionis Avenionensis 50 volumina complentium.

II. **Die Regel des hl. Benedict.** Im deutschen Originaltexte einer Engelberger Handschrift des XIII. Jahrh. Herausgegeben von P. Joh. B. Troxler, Capitular des Stiftes Engelberg d. Z. Administrator in Disentis. Separat-Abdruck aus »Geschichtsfreund« Band XXXIX. Einsiedeln, Benziger 1884. p. 72. 8⁰. — Das vorliegende sauber und deutlich gedruckte Büchlein dürfte seine hinreichende Empfehlung schon darin finden, was der hochw. Herr Verfasser in der Einleitung sagt: »Für das Kloster der Benedictinerinnen bei St. Andreas, das sogenannte untere Kloster liess Abt Walther (II. von Cham, 1267—1276) durch seinen Schreiber, den Mönch Cuno, die Regel des hl. Benedict zum Gebrauche bei der Tischlesung lateinisch und deutsch abschreiben. Der deutsche, sprachlich sehr interessante Theil dieser bisher unedirten Benedictiner-Regel ist es, den wir hiemit veröffentlichen und womit wir den Mitgliedern und Freunden des Benedictiner-Ordens sowie den Forschern unserer Muttersprache eine nicht unangenehme und uninteressante Gabe darzubringen hoffen. Die Veröffentlichung dieser Handschrift aus der 2. Hälfte des 13. Jahrh. dürfte umso mehr Interesse bieten, als ihre Sprache theilweise bedeutend älter ist, als die Handschrift selbst. Der hochwürdige Herr Verfasser hat entschieden eine schöne und höchst nützliche Arbeit geliefert, und damit ein bleibendes Verdienst sich erworben.

III. **Leonis X. Pontificis Maximi Regesta gloriosis auspiciis Leonis D. P. P. XIII.** feliciter regnantis e tabularii Vaticani manuscriptis voluminibus aliisque monumentis adjuvantibus tum eidem archivio addictis tum aliis eruditis